

In Marci Antonini commentarios.

In itinere per Italiam nuper facto contuli omnes codices, quibus M. Antonini commentarii servantur, praeter 6 Vaticanos et 4 Laurentianos, quos inspexerant iam pridem alii, Barberinum quoque et 2 Marcianos a ceteris omissos. nec minus Parisinum et Guelferbytanum, quorum ille L 2 et 3, hic V 1—5 simillimus est, Darmstadinum denique, cuius mentionem fecit Werfer (in actis philol. Monac. ed. Thiersch III p. 414 sqq.), denuo conferre in animo mihi est, quamquam novi admodum paullum exspecto ex illis. quippe totum Antoninum, postquam periit codex Palatinus, ex cuius apographo Xylander primus hunc librum edidit, continet unus Vat. 1950, cuius quidem lectiones curantibus Winckelmann et Assemano neglegentius enotatae sunt. sed de librorum mss. ordine atque existimatione alio mox loco disputabimus, cum uberior sit et intricatior materies¹. nunc specimen lectionum aut novarum aut emendatarum proponam.

Marci libri vulgo inscribuntur $\tau\bar{a}v \varepsilon i\zeta \acute{\epsilon}avt\bar{o}v \beta i\beta\lambda'ia \iota\beta'$. at hunc titulum nemo suis oculis adspexit in libris mss. quamquam enim iniuria detrectavit omnem Xylandri fidem Gallus editor (de Joly praef. VIII), hoc tamen dubium est, utrum Xylander eum titulum invenerit in codice Palatino an ipse addiderit, quippe 'nostram' ipse eam inscriptionem appellat. contra in plerisque mss. invenis alterum titulum, quo meliorem nemo desiderabit, aut $\acute{\epsilon}x \tau\bar{a}v \kappa\alpha\vartheta' \acute{\epsilon}avt\bar{o}v$ (sic Vat. 1—5, L 1 M 1 et 2) aut $\acute{\epsilon}x \tau\bar{a}v \kappa\alpha\vartheta' \alpha\bar{n}t\bar{o}v$ (sic Guelf., B, P, L 2 et 3; L 4 inscriptione caret). quod A (= Vat. 1950) nullum praebet titulum, nullius certe momenti est,

¹ Qua in re rogatos velim viros doctos, si quid nos fugerit librorum mss., in Germaniae potissimum bibliothecis, ut communicent ea nobiscum.

cum spatium duarum linearum vacuum declarat omissam esse inscriptionem ut saepius, quia scribae rubrum praesto non erat. est igitur titulus totius operis τῶν καθ' ἑαυτὸν βιβλία ιβ', sunt autem τὰ καθ' ἑαυτὸν εα, quae ipse secum et apud se est commentatus; cf. 10, 36 δὲ καθ' ἑαυτὸν λέγων et 12, 4 καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι.

1, 3 vulgo ἐφεκτικόν, *A* ἀφεκτικόν, legendum videtur ἀφεκτικόν, καὶ ante τὸ omittitur saepius in *A*, cf. 3, 4 fin., ubi pro ἀνθετέον *A* praebet ἀποκαθισάναι, καὶ tendendum est, cf. 9, 9 τῶν διειργόντων καὶ βίᾳς. hoc est solitum dicens genus apud posteriores, cf. Pol. 2, 40, 5 ἀρχὴ καὶ σύνενεσις, 3, 14, 6 βιάζεσθαι καὶ περαιοῦσθαι. — 1, 14 pro τῷ δὲ αὐτὸν γνῶναι Θρασέαν lege δι' αὐτοῦ, quo dicit *A* praebens δι' αὐτῶν (non δὲ αὐτῶν) — 1, 16 pro οὐ τῷ προαπέστη lege οὗτοι προαπέστη; ibidem pro τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις fortasse rectius leges τ. τ. ἄλλοις, cuius ἀνθρώποις compendio scriptum est simillimum. — 1, 17 v. ἀπολείπεσθαι δὲ ἐπὶ τούτοις, *A* ἀπ. δέ τι ἐπὶ τούτοις (non τῷ ἐπὶ τούτοις, quod tradit Schultzii); legendum videtur ἀπολείπεσθαι δέ τι ἀπὸ τούτοις. — 2, 1 v. ἀπέχεσθαι αὐτῷ, *A* ἀπέχεσθαι, quod propter verborum concinnitatem et ob sententiam ipsam praeferes; si legis ἀπέχεσθαι αὐτῷ, sententiam habes Antonini propriam cf. ibid. ἀποστρέψθαι et 11, 8. — 2, 4 v. προθεσμίαν, *A* προθεσμίας, quod libenter accipies. — 2, 6 v. εν̄ γάρ δὲ βίος ἐκάστῳ, nemo quod explicabit; *A* οὐ γάρ δὲ βίος ἐκάστῳ, post quod ἀρκεῖ vel aliud eiusmodi verbum excidisse videtur. — 2, 7 *A* habet ἀπενθυνοῦσιν, quod recipiendum est. — 2, 11 post ἔκαστα ποιεῖν *A* addit καὶ λέγειν, additamentum minime otiosum, cf. 3, 4. — ibidem quod voluerunt viri docti εἰ δὲ ἦτοι, reperis in *A*. — 2, 12 ἵδη, quod coniecit Coraes, legitur in *A*. — 3, 2 pro εἴ τις ἔχοι πάθος *A* praebet ἔχει, quod praestat. — 3, 3 v. λατρεύων τοσούτῳ χειρόντι τῷ ὅγγειῷ ἢ περίεστι τῷ ἴπηρετοῦ, quod multi conjecturis aggressi sunt; facillima omnium est ἡ περ έστι τῷ ἴπηρετοῦ, ut hic efficiatur sensus: serviens vasi tantopere deteriori quam (est) id quod servit (i. e. mens). de particula ἡ περ cf. 9, 2; 9, 9. — 3, 6 v. τὸν παρὰ πολλῶν ἔπαινον, *A* τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπ., quod praeferes. — 3, 9 v. σέβον, *A* σέβε; cf. 6, 10 et 36; 12, 28. — 3, 10 v. καὶ αὐτὴ δῆ, *A* καὶ αὐτῇ δὲ, quod olim optaverat Coraes. — 4, 3 v. πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλίσαι, *A* ἀποκλεῖσαι, quod in mentem revocat illud Casauboni πᾶσαν ἀντην ἀποκλεῖσαι. pro ἡ ἔξ δσων ἀπεδείχθη *A* habet καὶ ἔξ δσων ἀπ., quod dilucidiores facit orationem. — 4, 18 μὴ μέλαιν ἥθος περιβλέπεσθαι, cogitavi de μὴ ἄλλων ἥθος

περιβλ. ibidem quod *A* praebet καὶ οὐ λέγω δτι οὐδὲν πρὸς τὸν τεθνηκότα vulgatae lectioni praferendum videtur. — 4, 32 v. πάλιν τὰ αὐτὰ πάντα, *A* τὰ ἔαντοι πάθη, secundum quod esse scribendum puto τὰ αὐτὰ πάθη. — 5, 28 v. ἐπὶ μικρὸν, *A* ἐπὶ μακρὸν quod olim coniecit Reiskius. — 5, 32 v. διὰ τῆς οὐσίας, *A* δι' ὅλης τῆς οὐσίας, quod fuisse etiam in P appareret ex editione I δι' τῆς prae-bente. — 5, 34 v. εἶγε καὶ ὀδεύειν, quod Reiskio erat suspectum; *A* εἰδεῖν, ex quo facile efficies ενοδεῖν, cf. 6, 17; 7, 53; 8, 7. — 6, 10 v. καὶ θαρρῶ, *A* καὶ καθαρρῶ, cogitabis de καταθαρρῶ, verbo apud posteros velut Polybium usitatissimo. — 6, 38 v. διὰ τὴν τουκὴν κόνησιν, *A* rectius κίνησιν. — 6, 50 v. ὀρέγον, *A* rectius ὀρέγον. — 7, 2 ex *A* ἡ τὰ δίγματα πᾶς γὰρ ἄλλως δύναται νεκρωθῆναι coniendum videtur: ζῆτα δόγματα· πᾶς γὰρ κτέ, cf. Soph. Ant. 456. — ibid. τοῦτο μάθε, quod suo Marte coniecit Coraes, inveni in *A*. — 7, 18 τὸ δὲ φίλτερον, qua in lectione *A* facit cum ceteris mss., accipiendum est. — 7, 32 *A* si recte legis haec praebet ἡ σκεδασμὸς εἰ δύομοι ἡ ἔνωσις, ἡ ορέσις ἡ μετάστασις, accipe conjecturam olim factam εἰ δ' ἔνωσις, iam sensum sanum habebis. — 7, 66 v. μήτε εἰκῇ, *A* μήτε ἐκεῖ, quod nemo recipere dubitabit. — 8, 1 ἐλευθέριον, quod voluit Casaubonus pro ἐλεύθερον, habet *A*. — 8, 9 μηδὲ οὐ σεαντοῦ, quod erat in edd. antiquis et est in *A*, multo melius quam adulterina lectio τὸν σεαντοῦ. — 8, 41 ὀρμᾶς, quod Reiskius voluit pro ἀρμας, legitur in *A*. — 8, 45 v. χεῖρον ἔαντης ἢ, *A* χείρω, scribe χείρω — 8, 59 v. δίδασκε οὖν ἡ φέρε, *A* ἡ δίδασκε οὖν ἡ φέρε. — 9, 1 v. τὸ ἔξης γινομένοις, *A* τὸ ἔξης τοῖς γινομένοις, quod olim optarunt viri docti. — 9, 3 ante ὃς τὸν περιμένεις *A* addit καὶ, quod orationem bene continuat. — 9, 40 v. ἐπίτρεψον τὰς εὐχὰς, *A* ἐπίστρεψον quod voluit Coraes. — 10, 7 v. εἰς ἄλλοτρων ὄντων, *A* ἴόντων, quod coniecit Coraes. ibidem ante γενέσεως addit *A* πρώτης haud inutile. — 10, 36 v. ἀναπνεύσωμεν, *A* ἀναπνεύσομεν, quod erat in votis Gatakeri. — 11, 20 *A* ἀλλὰ μόνα δσα κατὰ φίσιν ἐσὶν αὐτῷ, quod omnium conjecturas reddit inutiles. — 12, 3 ταράσσει σε (non ταράσσεις, ut tradit Sch.) habet *A*, quod vulgato melius est. ibidem ἥλεως ex *A* restituendum est pro ἥλεως. — 12, 5 v. εἴπερ καὶ οὕτως ἔχει, *A* εἴπερ ἄρα καὶ οὕτως ἔχει. — 12, 24 v. δση κατανοήσαις, quod ferri vix potest, *A* δια καταφρονήσεις, nova saltem lectio et optima. — 12, 34 ἐγερτικώτατον, quod fere omnes mss. praebent, rectum est, contra illud διεγερτικώτατον ortum ex nota διεγείρει τις κτέ, quam in plerisque mss. superscriptam ipse inspexi.

Biponti.

I. Stich.